



## SECTIO I.

### *De ortu animæ.*

#### §. I.

**S**U*i* & aliarum rerum sibi consciū esse, cogitare dicitur. Ens in nobis cogitans dicitur *anima*.

§. 2. *Materia* sive *compositum* cogitare nequit. (per principia Psychol.) Ergo nec pars materiæ sive elementum materiale. Quicquid ergo cogitat, simplex, nullius materiæ constitutivum erit. Anima ergo simplex erit, anima ergo pars nulla erit materiæ constitutiva.

Obs. Principia hæc ex Metaphysicis satis nota & decantata supponimus. Præter summum seculi nostri Philosophum Psych. rat. §. 44. 46. de argu-  
mento paragraphi hujus ex instituto tractans con-  
feratur Berolinensium quondam Philosophus &  
Theologus cel. Reinbekius in peculiari de Immor-  
talitate animæ libro. In quem censem etiam re-  
ferenda est Doctissimi & acutissimi inter Regio-  
montanos Philosophi Knutzii Dissertatio ad hoc  
argumentum pertinens. Post quos nobis otium  
facientes viros, ne deteriora adferendo gratiam

B

scripti